



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

19. De quodam infirmo, qui audito sacrificio Missæ per D. Anselmum peracto, à diuturno languore sanatus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

*Ex vita B. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis per
Edinerum Angelum eius cōiuctorem conscripta,
habetur in Tomis Laurentij Suriij Mense Aprili
de quodam infirmo, qui audito sacrificio Missæ, per
D. Anselmum peractò, à diuurno languore sana-
tus est.*

CAP. XIX.

VNus ex principibus terræ illius, diuturna languoris molestia vexatus fuerat. Hic agnito Anselmum in Ecclesia B. Stephani Missam ex more celebraturum festinauit illò, arbitrans sibi ad recuperandam sanitatem utile fore, si Missa tanti viri ac benedictione meruisset potiri. Fateor, vidimus hominem suorum manibus innixum, Ecclesiam introeuntem, mortuo quàm viuenti similio-rem; Sedit, & finita Missa, egressus est. Nobis verò nec quis, vel vnde, aut cur aduenerit, scientibus atque curantibus, idem vir, euolutis paucis diebus, ad patrem venit: flexis genibus ei pro adepta sanitate gratias agens. Ad quod eum obstupesceret, indicauit ordinem gestæ rei, confirmans quod ab ea hora, qua se Missæ illius presentauit, omni doloris vexatione depulsa, sanitati restitutus sit. At ille nihil ad se hoc pertinere, sed ipsius fidei ac meritis beati martyris, ad quem diuertit, ascribendum asserens, quæ saluti animæ illius competere, eum instruxit, & familiarem sibi effectum,

CORRE-

48 COLLATION. SACRAR.
correctiori vitæ, vt post multorum testimo-
nio comperimus, reddidit.

*Ex vita S. Godefridi Episcopi Ambianensis, que
betur in Tomo Laurentij Suriij 8. Nouembrii,
quodam, qui prohibente Episcopo ausus fuit S. E.
charistiam percipere, ac de diuina eius vitione.
stat libr. 3. cap. 12. vite S. Godefridi.*

CAP. XX.

ADuentante Quadragesimæ sacrosan-
cti ieiunio plebs frequens aduenit in eccle-
sia B. Firmini Episcopi & Martyris eo die, quo
nones ex patrum pia traditione, quæ hæc
obseruatur, fidelium capitibus imponuntur.
Adfuit etiam beatus Godefridus more
nudis pedibus, & cilicio indutus: inter cetera
sanctæ exhortationis verba omnibus in-
dixit esum carniū, donec dominicæ re-
rectionis solemnitas adesset. Sed id multi-
tudo aure accepere. Nam proximo die domi-
nicæ carnibus abstinere noluerunt, dicentes
Episcopum de suo corde fingere dura, pro-
ter inaudita: se assueta nec velle, nec posse re-
quere: par esse nõ solū vti cibis, sed etiã ab-
& suauibus atatem ducere oblectamen-
tum. Non id latuit Episcopum, sed tempus
spectauit, quo posset, opportunè multa in-
rogare. Ipso igitur Cœnæ Dominicæ die populus
ad memorati martyris basilicã ad impetran-
dam peccatorum veniam cõfluente, eò ve-
stimentis sacerdotibus vestimentis indutus: habet